



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Januarius Cum Soc. MM. 19. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

modò insidias (blanditias) admovit, modò aper-
to Marte (tormentis) pugnavit. Utraque vel elusa
prudenter vel vicit fortiter FERREOLVS. Et po-
terat facile pacem cum hoste componere, si vel
semel sacrificasset. Sed maluit suam fanguinem
Christo, quam vel alienum Diis improbis litare.
Et jam tota agmina carnificum vicerat, cùm ferro
oneratus in carceres triumphans abiit. Inde ru-
ptis cælesti ope vinculis, per sopitas custodias &
portas patentes ad Rhodanum evasit, quem cùm
Angelis succollantibus transnataasset, retractus a
fugâ ultimam nobilissimamque pugnam edidit.
Nam capite D. Juliani Commilitis objecto, Iu-
sus est aut suam mutare, aut similem expectare
sententiam. Ille charum caput amplexatus mul-
tumque dissuaviatus, sanguinem sanguini, caput
capiti, tumulumque tumulo sociavit. Hunc ajunt
multis post annis D. Mamerti operâ adapertum,
FERREOLI, & in manibus FERREOLI, Juliani ca-
put, utrumque integrum ostendisse. Exemplo vel
Græciâ Judice supra omnes Pylades & Orestes
amico. *Ex Sur. & Pet. de Natal.*

*Beata esset nostra conditio, si equè DEO & homini-
bus vel displicere timeremus, vel curaremus placere: si
tantum præcepta Christi, quantum populi sibila verere-
mur; & si tanti laus que ex DEO est, quanti isti de-
vulgo plausus emeretur. S.Paulin.ep.31.*

S. JANUARIUS CUM SOC. MM.

19.Septembbris.

VIdit JANVARIVS Beneventanus Pont.
flamمام cælo lapsam caput Sosii Diaconi
lambere. Eo prodigo excitatus accurrit, Sosium-
que osculis & amplexu impeditum Martyrem sa-
luta-

18. Sept.
ò aper-
el elusit
Et po-
, si vel
guinem
s litare.
en ferro
nde ru-
odias &
em cùm
ractus a
edidit.
o, jul-
pectare
is mul-
, caput
ic ajunt
pertum,
iani ca-
mplo vel
Orestes

homini-
cere : si
i veren-
ti iisti de

M M.

Pont.
Diaconi
Sosium-
rem sa-
luta-

19. Sept. VITÆ SANCTORVM. 457
luitavit, Martyr etiam ipse futurus. Erenim ad annum Christi CCC. XLV. à Timotheo in furnum tertio jam die succensum conjectus est. Nimirum qui puerorum olim inter flammas modulos mirati sunt, magis nunc inter easdem senem Cygnum JANVARIVM obstupuissent, cui, ut omnibus numeris suis constaret musica, voces suas Angeli junxerunt. Innoxium itaque ex equuleo suspendi tyrannus imperat. Sed vel omnibus lacertis nervis fortis tamen paruit. Jam cùm victorem vixus ante currum Puteolos egisset, bravium scilicet speravit JANVARIVS. A cursu ad carceres reductus, familiarem suum illuc Sosium reperit. Mox ad bestias damnatus virtute suâ omnes circuvavit, præter Procons. qui cùm capitis sententiam in Divum pronuntiasset, oculis repente orbatus, tunc demum errorem suum vidit, jamque propitium Numen sibi à JANVARIO oravit. Sed diceres omnem, quam bestiæ posuerant feritatem, in unum judicem coisse. Vix enim JANVARIVS lumen ingrato reddidit, cùm hic gladio illi abstulit. Aspexere tamen fidei lucem, quam videns vide respuit Timotheus, quinque millia hominum. Ex Baron.

Vacat tibi ut Philosophus sis; non vacat tibi ut Christianus sis? verte potius sententiam, verte facundiam: sis Dei Philosophus, & Dei vates, non querendo sed imitando Deum: sapiens, ut non tam lingua quam vita eruditus, tam differas magna quam facias. S. Paulinus.

p.35. S. EUSTACHIUS M. 20. Septembri.

EUSTACHIVS, olim Placidus (cujus vel nomen Romani Imperii hostes debellabat) dum fe-

V

ras